

aliud, e. 7. f. 4. in eisdem. Conc. vbi dicitur, nullius momenti absolutioem esse debere, quam sacerdos in eum profert in quem ordinariam aut subielegatum non habet iurisdictionem. Ergo approbatio, de qua in d. c. 15. intelligi debet cum iurisdictionis concessione, vt vnam cum alio concordet & euenire correctio eiusdem Concilii, atque iuris communi.

29 Tertio + responderi potest, hoc operari posse Bullam in hac parte, vitra ius commune, etiam si id non operetur, quod contraria sententia vult, vt quamuis iure communi alienus sacerdos non possit audire confessiones sibi non subditorum, nec absolutio eiusdem ab eo praestita valida sit, nisi de licentia proprii parochi id fiat, vt in d. c. omnia vtriusque sexus, virtute tamen Bullae vel alterius iudicis, poterit eligere poenitens quemcumque velit presbyterum, secularem vel religiosum, ex approbato ab ordinario, sine licentia parochi: & quamuis ordinarius sit etiam parochus in hoc, a communiter tamen accidentibus, ordinarius solet praed. approbationes & licentias concedere cum consensu, vel sine prauidicio parochorum. Hoc igitur in casu sola approbatio praed. vel licentia ordinarij, tamen cum praed. additamento, sufficit ad hoc, vt virtute Bullae vel iudicis, huiusmodi confessarius possit eligi abiq; alia licentia vel consensu parochi, cum habeat plenariam facultate eum eligendi a summo parochio, qui est Pontifex Maximus, cum sola approbatione ordinarij, quam habet. Post huius operis primam editionem, hanc nostram principalem sententiam sequutus est & latissime probauit, nos citans, contra Theologos & Canonistas Salmantinos, per quam doctus pater Emanuel Roder. in explicatione Bullae Cruc. §. 9. n. 5. dicens Que aut que en algun tiempo tuuo la primera, aora mirando mas en ella, le parece que en ninguna manera se deue aconsejar, ni seguir, & quod compluti nostra praed. sententia communiter tenetur, eo quod eam probauit congregatio Cardinalium. Conc. Trid. in Archiepiscopatu Valent. quam ibi ad litteram refert Quinimo Henricus vbi supra qui tenetur contrarium, fatetur, nos etiam referens, Episcopum Guinen. Delgado & Archiepiscop. Valent. Ioan. Ribera nobilicium sentire: & tandem resoluit, quod vbi Episcopi agere ferrent, aut multi ex sapientibus communi scandalo contradicunt, temperate agendum est: At quis non videt, cum nostra sententia sit iam communis (laus Deo Optimo Maximo) sapientium Complut. vt affirmavit Emanuel vbi supra, quem vidit & citavit Henricus, qui supra, quinimo & aliorum quamplurimorum doctissimorum virorum vbique, quod communi scandalo contradicunt priori contrariae affirmatiuae, praeterquam quod non est vera nec securus, Praemaxime, attenda praed. declaratiuae Cardinalium: vnde iam clare patet, non esse vilo modo tenendam, sed nostram negatiuam, quod licet inuitus, fieri iam videtur idem Henricus in praed. sua resolutione marginali. Quandoquidem ei constitit de praed. declaratione Cardinalium & communi assensu Doctorum Complut. huius nostrae sententiae.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Lateranense spatium sex mensium praesinit ad providendum praebendis cateraque beneficiis Ecclesiasticis, quo transacto, Capitulum providere iussit, & e contra, data negligentia Capituli, vt Episcopus provideat.
- 2 Tempus, quo electores sunt excommunicati excommunicatione maiori vel alio iusto impedimento detenti, non computatur in praed. semestri.
- 3 Excommunicati non possunt, etiam si velint, eligere, durante tempore excommunicationis.
- 4 Tempus excommunicationis, vel suspensionis, non computatur in praed. semestri.

- 5 Si pendente termino superueniat impedimentum, data dilatio debet reintegrari, quia Concil. Lateranen. praed. dicit, quando quis distulit per negligentiam, secus si per impotentiam iuris vel facti, etiam ex culpa sua prouenientem.
- 6 Praescriptio non currit, impedito illius temporis, quo fuit impeditus, quamuis impedimentum, culpa conferre debentis, praecesserit, dummodo non fuerit ordinata ad casum, num. 8.
- 7 Excommunicato non currit praescriptio, non solum quando est excommunicatus pro iuribus sua Ecclesia sed etiam pro rebus propriis.
- 9 Restitutio non est necessaria ad subducendum illud tempus impeditum excommunicationis de medio.
- 10 Quando quis directe impeditur seu inhabilitatur a iure ad agendum ipso facto, impeditur praescriptio durante impedimento: secus, quando extrinsecus venit impedimentum, quia tunc, licet currat praescriptio, datur restitutio.
- 11 Terminus datus ad eligendum, non currit quibusvisque alius iuste impeditus.
- 12 Tempora, que prauidentiam Ecclesiarum respiciunt, quoad quid sunt iuribus, quia impeditus non currit.
- 13 Electio non potest, durante lite super iure eligendi aliiisque rebus ad id pertinentibus, & num. 14. & quid in iure praesentandi?

C A P V T XXVIII.

Beneficia vacantia, intra quod tempus prouideri debeant?

Concilium + Lateranense statuit, vt praebende Ecclesiasticae seu qualibet officia vacantia, non diu maneat in suspenso, sed intra sex menses personis, que digne administrare valeant, conferantur, sin autem Episcopus, vbi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur quod si ad Capitulum pertinuerit & intra praescriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum, hoc cum religioforum virorum consilio exsequatur, vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum abique illorum contradictione disponat.

Sed pro + intellectu & praxi huius Conc. obseruandum erit, quod tempus, quo electores sunt excommunicati excommunicatione maiori vel alio iusto & legitimo detenti impedimento, non computatur in praed. termino sex mensium, sed ab illo subducitur, vt ex sequentibus facile apparebit.

Primo, quia + excommunicati huiusmodi, non possunt (etiam si velint) eligere durante tempore excommunicationis, vt probat tex. in c. cum inter, de election. in cap. cum dilectus & ibi doct. de consuetud. docet Petrus Abaxio in suo director. elect. c. 9. 1. partis, incip. septimo requiritur, vol. 14. tract. diuers. doctor. fol. 64. D. Couarr. in c. alma mater, 1. part. relect. §. 7. nu. 9. de sentent. excom. lib. 6. Casar. Lambert. de iure patro. in 2. art. 2. g. princip. 1. part. lib. 6. vbi nu. 11. affirmat, esse magis communem opinionem, quod excommunicati etiam cum aliis eligere non possunt.

Tempus + excommunicationis vel suspensionis, non computatur in praed. semestri, cum illa Lateranensis constitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata, vt probat expresse tex. in propriis terminis, in cap. quia diuersitatem & ibi notat Doctor. de concess. preb. praecipue Ant. de Butr. nu. 7. vbi expresse dixit, quod detrahitur de semestri suspensionis tempus, quod idem tenet Imol. ibi nu. 4. & Petr. Anchar. num. 9. versic. si tamen.

Et ex illo + tex. notat idem Anchar. in cap. 2. n. 13. de concess. preb. quod dispositio dist. cap. 2. procedit quando

do quis distulit per negligentiam, secus si per impotentiam iuris vel facti, etiam ex culpa sua prouenientem, quia si pendente termino superueniat impedimentum tota dilatio debet reintegrari, data stipulatus, ff. de verb. obligat. notatur in Clem. 1. de resit. in iure. & in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter, ff. ex quib. causis maio. Matth. de Afflict. Neapol. 50. n. 6. & decisio tex. in dist. c. quia diuersitatem, ad litteram approbatur in l. 8. titul. 16. part. 1. cuius verba sunt haec: Et si accesserit que aliqui Praelato fuisse vedado, o descomulgado, o quier por su culpa, o no, le deuen contar en los seis meses el tiempo que fue en la sentencia. Et tex. in dicto cap. quia diuersitatem, est multum singularis & peregrinus ad hoc, quod quamuis impedimentum + culpa conferre debentis praecesserit, non tamen currit praescriptio illius temporis, quo fuit impeditus, secundum Ioan. de Anan. & cum referentem Ias. in Summus, num. 26. & ibi Gomez num. 15. Iustit. de actio. & idem Gomez. in regula de annali possess. qu. 14. versic. tertio, quia licet, Rochus de Curt. de iure patron. verb. competens, num. 23. & 24. fol. 38. Balb. de praescript. 1. parte 6. partis, casu 12. nu. 2. Alexander cons. 8. nu. 10. volum. 5. Ignecius in l. 2. §. si conditioni, num. 85. ff. ad Syllan. Decius in l. 1. lectura, n. 27. C. qui admitt. & in 2. lectura, num. 6. extollit Parisen. consil. 104. n. 146. lib. 1. Pinell. in authentic. nisi iriucinale, num. 46. C. de bonis maternis, vbi secus, si culpa fuisse ordinata ad casum impedimenti: & optime Menochius de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 182. num. 49. & sequent. Nec etiam patrono excommunicato currit tempus ad praesentandum, vt cum Rota probauit Rochus vbi supra num. 24. & verb. honorificum, num. 58. Paul. de Citadin. in eodem tractatu de iure patron. art. 3. 6. partis, n. 42. vol. 15. tract. diuers. doct. fol. 391.

7 Deinde + in terminis, quia excommunicato non currit praescriptio, non solum quando excommunicatus est pro iuribus suae Ecclesiae, sed etiam pro iuribus praetentibus & rebus propriis ipsius excommunicati ext. in dicto cap. quia diuersitatem, tenet Abb. in cap. 1. num. 8. de praescript. & ibi Felin. num. 7. idem Abb. in c. cum inter priorem, num. 19. de exceptio. vbi Decius allegans alios, num. 23. idem probat, idem intelligens procedere, etiam si iuste sit excommunicatus, per dist. capit. quia diuersitatem, Franc. Balb. de praescript. 1. parte, 6. partis princip. casu 22. num. 24. volum. 8. tract. fol. 64. vbi cum Felin. tenet etiam idem in iuste excommunicato, quia impedito agere non currit praescriptio, vt in l. 1. §. ne autem, cum similib. C. de annal. excepti.

8 Praemaximeque + superiora procedunt, si iniuste quis & absque culpa fuerit excommunicatus, quandoquidem, etiam si culpa sua id contingat, adhuc locum habeant, dum tamen culpa non fuisse ordinata ad casum vt in dicto cap. quia diuersitatem, quia, vt ibi inquit Abb. ea, quae proueniunt non immediate ex culpa, sed ex sententia seu poena, culpa non imputantur vt ibi Non enim debet quis duplici poena conteri, vt in c. ut si clericus, de iud. & sententia suspensionis in dicto cap. quia diuersitatem, fuit causa immediata impedimenti, non autem culpa praecedens: & regulariter inspicit debet causa immediata impedimenti, & non mediata, vt in iuribus ab eo allegatis: Cum igitur nulla culpa, quae detrahit causam excommunicationis, praecesserit, a fortiori non erit computandum tempus excommunicationis in praedicto semestri, dummodo imputari non possit excommunicati culpa aliqua vel negligentia in non petendo abolitionem, sicut gl. in d. c. quia diuersitatem verb. suspensionis, quam ibi sequuntur Doctores.

9 Et supra dicta + adeo procedunt, vt non sit necessaria restitutio ad subducendum illud tempus impedimenti excommunicationis de medio, cum praed. tempus non computetur in semestri, & sic non concurreat

in eo praescriptio vt in dist. cap. quia diuersitatem, & praeterea tenet Panoritanus in cap. ex transmissa, num. 13. de praescriptio. in sua magistrali doctrina, quam ibi constituit, dicens, quod quando quis + directe impeditur seu inhabilitatur a iure ad agendum, ipso facto impeditur praescriptio durante impedimento, siue id acciderit a principio siue post inchoatum praescriptionem, vt in filio durante patria potestate vt in l. 1. C. de annal. excepti. & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus, & in praefato excommunicato, vel suspensio: alias vero quando extrinsecus venit impedimentum, licet curras praescriptio, datur restitutio aduersus eam, nisi contrarium, scilicet, quod non currat, reperiat in iure expressum, idem Abb. in cap. ne pro defuncto, num. 2. de electio. At in nostra specie iustus in secundo membro Abb. quia expresse reperitur cautum in iure, in postocaso, quod non currat semestris excommunicationis ad eligendum, vt in dist. c. quia diuersitatem, & per Doctores supra allegatos, quam Abb. doctrinam sequitur ibi Felin. num. 8. Gomez in dicto §. rursus, num. 14. Instit. de actio. Balb. vbi supra, n. 17. & est communis secundum Casar. Lambert. vbi infra statim allegabitur.

Tertio + praecipue, quia terminus datus ad eligendum, non currit iuste impeditis, non solum in specie proposita impedimenti excommunicationis & suspensionis, sed etiam generaliter, in quocunque alio impedimento iusto, cum sit eadem ratio, vt probant Doctores in dicto cap. quia diuersitatem, praecipue Ioan. de Imol. ibi n. 4. & 5. & Antonius de Butr. in cap. 2. num. 13. eodem tit. & praeterea probatur in terminis in dicto cap. ne pro defuncto, de electio. ibi, iusto impedimento cessante, & ibi expresse notat glo. verb. impedimento, asserens, & ita non currit praescriptio contra Canonicos, si iusta causa interueniente non eligant, per text. in dicto cap. quia diuersitatem, & alia iura, quae ibi allegat gl. & notant Doctores in dicto cap. ne pro defuncto, tenet etiam gl. 1. in c. bone 61. dist. dicens, quod licet aliqui intra tempus statutum, iusto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, per text. in dicto capitul. ne pro defuncto, idem probat Archid. in dist. cap. bona, & Casar. Lambert. de iure patron. in 8. articulo. 1. quaestio. princip. secunda partis, lib. 2. per totum articulum, fol. 117. & probatur expresse in dicto l. 8. tit. 16. part. 1. ibi. Et si nullo serua si onusse orro algun embargo derecho, porque no puo ser dar el beneficio que vacasse. Et + inquit eleganter Bald. consil. 469. incip. Sanctissime, in fin. volum. 4. quod tempus, quae prauidentiam Ecclesiarum respiciunt, quoad quid vilia sunt, quia impeditis non currunt, refert & sequitur Anchar. in dicto cap. 2. n. 17. de concess. preb. Roch. de Curt. vbi supra, verb. honorificum, nu. 58. & Lambertinus vbi supra.

Quo fit, + vt cum durante lite super iure eligendi aliiisque rebus ad id pertinentibus electio celebrari non possit, tum, quia lite pendente nihil est in nouandum, tum etiam, quia si aliud fieret, esset in contemptum iudicis de praedicta causa cognoscens, & ac proinde electio si fieret, veniret cassanda, si forte sententia ferretur in fauorem colligantis, quo spreto fuit facta electio, iuxta tradita per Petrum Abaxio in suo director. elect. cap. 73. partis, vol. 14. tractat. diuers. doctor. folio 74. hoc casu non curret tempus electioibus, sic iuste impeditis ad eligendum sibi a iure concessum per supra dicta.

Et in terminis, + quoad quando contenditur inter electores de poellare eligendi, & non deducitur quaest. intra tempus datum ad eligendum, potestas ordinandi Ecclesiam non deuoluatur ad superiorem, per text. in c. 2. de integ. rest. & alia fundamenta (quicquid alias sit in iure praesentandi) tenent Hostiensis, & Ioan. Andr. in cap. 3. de iure patron. cum quibus transit Ant. de Butr.



& Anchar. ibi num. 12. quorum opinionem expresse sequitur & probat Abb. ibidem num. 6. & inquit Io. And. ubi supra, se vidisse de facto obseruari hoc casu, vt non prouideatur Ecclesie per superiorem, & etiam si qualis nota super iure eligendi per triennium protrahatur: & consuetudo hoc casu, etiam in iure praesentandi, sufficit, vt non deuolatur ad superiorem ordinatio Ecclesiae patronate, vt supponit Lopus allegatione 78. nu. 11. quem sequitur Lambert. ubi supra art. 9. 1. q. princ. 2. partis libri secundi, num. 26. fol. 121.

S V M M A R I V M.

- 1 Decretum de obseruandis & euitandis in celebratione Missae, Sacri Concilij Tridentini, Sessione 22. late declaratur per totum capitulum.
- 2 Pro spirituali Sacramentorum gratia pecuniam vel quicquid pro ea estimatur, accipere, crimen est, sacrilegium, symonia atque ideo naturali diuinoque iuri contrarium, vt nulla possit consuetudine excusari.
- 3 Accipere vel dare aliquid pro sustentatione spiritualium ministrantium licitum est secundum ordinationem Ecclesiae & consuetudinem approbatam ac Episcoporum constitutiones, qui taxare possunt quanto stipendio ille dignus sit, qui tali seruitio Ecclesiae mancipatur, dum tamen abste emptionis vel venditionis cogitatio.
- 4 Licitum est, dare librum vel aliam suppellectilem Sacerdoti pro plectantis & elemosynis quarundam Missarum, usque ad valorem suppellectilis, siue ipsi offeratur siue ipse ad id se exponat.
- 5 Sustentationis nomine non tantum venit cibus & potus sed quicquid est necessarium ad vitam & vestitum sui & eorum, quorum cura sibi incumbit, secundum Caiet. nos vero contrarium probamus, num. 6.
- 7 Stipendium pro necessaria minister sustentatione, an possit licite ab initio in pactum deduci, & numeris sequentibus.
- 8 Stipendium necessarium pro minister sustentatione quando auctoritate superioris vel consuetudinis constitutum ac taxatum non est, licitum est in pactum deduci, dummodo moderate exigatur, alias secus.
- 9 Stipendium hoc, si necessarium non sit pro sustentatione minister, quia ipsi aliunde eam congruam habeant, diuesque sit, in pactum deduci non potest atque ab iniuria exigi per spiritualium subtractionem ob auaritiam, quae tunc in foro seculari praesumeretur: secus in conscientia, dummodo immoderatum non exigatur, &c.
- 10 Stipendium necessarium pro sustentatione minister, si certum statutum ac taxatum sit, potest in pactum deduci a sacerdote paupere vel diuine.
- 11 Parochus non potest a suis subditis hoc exigere, sibi tamen oblatum bene potest recipere.
- 12 Opera pro re spirituali, an mercede aliqua locari possint doctrina bimestris.
- 13 Symonia non est, dare vel accipere temporale, alia ratione, quam pro pretio quarendi spirituale, pura pro sustentatione minister, vel pro liberalitate vel elemosyna vel pro solutione obligationis vel alias, vt hic.
- 14 Episcopi, clerici, monachi & monache licite accipere possunt portiones, elemosynas & stipendia, quae pia consuetudine aut lege naturali, diuina aut humana iusta aliquod tale opus spirituale facientibus debentur, secus si alias ad id tenerentur, vt num. 15. gratis tamen oblatum accipere possunt, vt ibi.
- 16 Parochus licet pro benedictione nuptiarum non possit aliquid accipere, sponte tamen oblatum recipere potest.
- 17 Parochus non potest dare licentiam alteri sacerdoti, quod benedicta nuptias, nisi pro pecunia, an symoniam committat?

- 18 Est pro Baptismo adulti pecunia exigi nec dari possit, quia per coarctationem potest soluari, secus tamen est pro puero baptizando, quando alius non est, qui possit eum baptizare, vt in num. 19.
- 20 Pecunia dari potest sancti viri, ad impetrandum orationis suffragia.
- 21 Predicatoribus etiam spiritualia seminariis temporaria debentur ad sustentationem, non autem ad emendum predicationis verbum.
- 22 Celebrantibus diuinas laudes in Ecclesiastico officio & processiones facientibus aliquid dari potest, & quandoque annui redditus ad hoc assignantur, non quasi pretium, sed quasi sustentationis stipendium: si autem hoc pacto interueniente fierent, aut cum intentione emptionis aut venditionis, symoniaca essent, vt in numer. 23.
- 23 Illicita esset ordinatio Ecclesiae, qua statueretur, quod non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniam quantitatem, licita autem magis est, si statueretur, quod omnibus certis elemosynas dantibus talis honor exhiberetur.
- 24 Locatio operarium locum habet in illis exercitiis spiritualibus, quae principaliter sunt corporalia, vt Vicariatus Episcopi vel parochi, vel capellani vel concionatoris, & similia.
- 26 Symoniacum esset soluere aliquid confessoris in electione praesentatione vel admisione ad possessionem.
- 27 Cap. 14. in decreto de reformat. sessione 24. sacri Concilij Tridentini refertur.
- 28 Non potest capi pro rebus piis, quod consuevit capi pro commodo proprio.
- 29 Noui residentes equo iure ac antiqui, fructus beneficiorum suorum lucrari debent motu proprio Py Quinti.
- 30 In alma Ecclesia Civitatis aliquid obseruatur ex declaratione Illustrissimorum Cardinalium & statuta dictae Ecclesiae.
- 31 Nouiter recepti in predicta Ecclesia, ex consuetudine immemoriali soluunt fabricae eiusdem duodecim aureos pro singulis praebendis.
- 32 Sacerdos an possit sibi retinere quod superest ex plectantis sibi datus pro Missis dicendis, si minoribus eas celebrari faciat.

C A P V T XXIX.

An aliquid recipi possit pro administratione spiritualium.

Existat sanctissimum decretum de obseruandis & euitandis in celebratione Missae, Sacri Concilij Tridentini, sessione 22. quod decreuit sancta Synodus, vt Ordinarij locorum Episcopi ea omnia prohibere atque e medio tollere sedulo curent ac tenentur, quae vel auaritia, idolorum seruitus vel irreuerentia, quae ab impietate vix sancta esse potest, vel superstitio, vera pietatis falsa imitatio induxit, atque vt multa paucis comprehendantur in primis quod ad auaritiam pertinet, cuiusvis mercedis conditiones, pacta & quicquid pro Missis nouis celebrandis datur, &c. Cuius decreti meminit Nauar. in Manuali Latino cap. 21. num. 10. dicens, nisi iuberi, vt inhabeant Episcopi, ne fiat vlla conuentio super dicendam Missarum mercede, neque in Missis nouis offeratur quicquam magis coacte, quam sponte, idem Nauar. in e. 25. num. 68. vbi que Episcopi omnino prohibeant, ne quid pro Missis nouis celebrandis detur.

Sed pro intellectu huius decreti oportet inquirere, quidnam hoc casu antea iure statutum vel a Doctoribus traditum sit, & an eadem in totum, vel quoad aliquid censetur derogatum a praedicto Concilio, vt his absolutis, lucidus sensus decreti Conciliaris appateat. Pro cuius

cuius rei expeditione obseruandum est, triplici modo rem hanc distinguere posse ac debere pro clariori intelligentia, dum quaeritur, vtum licet pro administratione spiritualium aliquid temporale dare seu accipere, nempe respectu praesentium spiritualium, respectu stipendij ad sustentationem & respectu mercedis pro operis locatis & labore.

Quoad primum est firmissima regula atque conclusio: Pro spirituali Sacramentorum gratia pecuniam vel quicquid ea estimatur, accipere, crimen est sacrilegium symonia, usque adeo naturali diuinoque iuri contrarium, vt nulla possit consuetudine excusari. Haec propositio notissima est atque verissima, eamque latissime probant auctores infra citandi, idem intelligentes in spiritualibus annexis. Et in hac prima specie praefatum decretum Concilij Tridentini, si hoc casu loqui intelligatur, idem statuit.

Quoad secundum respectu stipendij ad sustentationem sit conclusio: Accipere vel dare aliquid pro sustentatione spiritualium ministrantium licitum est, secundum ordinationem Ecclesiae, & consuetudinem approbatam ac Episcoporum constitutiones, qui taxare possunt, quanto stipendium ille dignus sit, qui tali seruitio Ecclesiae mancipatur, dum tamen abste emptionis vel venditionis cogitatio: Ea que probatur Matthaei 10. Dignus est mercenarius mercede sua, & secundum illud 1. ad Corinthis 9. Quis militat suis stipendiis viuere: quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat: Et ibi: Qui altario seruit de altario participat: Quibus & illud accedit 1. ad Timotheum 5. Qui bene praesunt Presbyteri, duplii honore digni sunt: vbi Diuus Augustinus. Accipiant, inquit, sustentationis necessitatem a populo, mercedem dispensationis a Domino: Per magno ergo Sacerdos iure pollent, non vt qualitercunque, sed pro sua dignitate decenter sustentari: & praeterea ea ratione: Quia hoc non est vendere spiritualia nec locare operas pro mercede, sed est velle habere necessaria ad vitam corporalem, sine qua non possumus spiritualia exercere. Praeterea etiam ex textu in cap. iudices, ibi, Quia haec magis in sumptum, & ibi gl. verb. in sumptum, 1. quaest. 1. Haec conclusionem probant ac proferunt S. Thomas in 2. 2. quaest. 100. artic. 3. & ibi Caietanus, late idem Caietanus in sua Summa, verbo, symonia, in 4. regula, pag. 608. in parui, Dominic. a Soto libr. 9. de iniuria & iure, qu. 6. art. 1. in posteriori conclusione, Ioan. Selua in tract. de benefic. 1. parti, quaest. 7. nu. 49. volum. 15. tractat. diuersorum Doctorum, fol. 27. Nauar. late in dict. Manuali Latino, cap. 23. nu. 100. versio 4. vbi dicit communem, & numeris seq. & F. Anton. a Cordub. in suo tracta. de casus de conciencia, quaest. 27. Vbi ex hoc inferit, licitum esse dare librum vel aliam suppellectilem Sacerdoti pro plectantis & elemosynis quarundam Missarum, usque ad valorem suppellectilis, siue ipsi offeratur, siue ipse se ad id exponat.

Et sustentationis nomine secundum Caietanus ubi supra, dicto art. 3. in vers. ad euidentiam, ibi, aduerte, &c. non tantum venit cibus & potus, sed quicquid est necessarium ad vitam & vestitum sui & eorum, quorum cura sibi incumbit. Non enim debet mendicare Sacerdos pro sustentatione suorum aut parentum, antiquorum aut parulorum neporum suae cura, secundum naturae iura relictorum & huiusmodi. Haec autem Caietani adnotatio vera non est. Nam si lege vel consuetudine certum stipendium Missae taxatum sit, Sacerdos ultra id exigere non potest: Si vero illud taxatum non sit, non potest Sacerdos plura stipendia accipere pro vna Missa, etiam si pauper sit & mercenarius, etiam pro sua decenter sustentatione, & multo minus pro suorum, vt cum Medina & Nauar. in Manuali, cap. 25. nu. 92. aduersus Sotum lib. 9. de iniuria & iure, quaest. 3. artic. 1. & alios bene probat Antonius a Corduba lib. 1. quaest. 10. qu. 4. in 2. dubio, & in hac specie nihil innotat sacrum Con-

cilium Tridentinum, in verbis supra relatis, cum loquatur in conditionibus & pactis mercedum sapientibus auaritiam: hic autem nulla datur auaritia, cum aliquid datur ratione stipendij ad sustentationem. Ergo non est prohibitum, vt supra dict. 2. concl. vsque adeo procedere videtur, vt hoc stipendium pro necessaria minister sustentatione possit licite ab initio in pactum deduci: Quia pactum hoc non mutat naturam actus: velle namque stipendium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali: Ergo ex pacto velle tale stipendium, non est vendere spiritualia. Ita Caietanus dist. 3. artic. in princ. sequitur Soto ubi supra, dist. quaest. 6. art. 1. in posteriori conclusione, dicens, quod potest Sacerdos vicarius indigens, cum ad seruitio Capellaniae aut Vicariatus conductur, pacifice de stipendio sustentationis secundum loci, temporisque dispensationem: Nam si ex rei natura ad dispensationem minister tali functioni mancipati, moderatio huiusmodi sustentationis necessaria est: tunc ex natura rei nulla emergit symonia. Contrarium tamen sentire videtur S. Thomas in loco supra citato, dicens ita demum procedere praefatum conclusionem secundam, de qua agimus, vt ab iniuria non exigatur praedictum stipendium pro sustentationis ministerantium per spiritualium subtractionem, quae sunt exhibenda: Hoc enim haberet quandam venditionis speciem, gratis tamen spiritualibus prius exhibitis, licite possunt statui, & consueta oblationes, & quicunque alij prouentus exigi a nolentibus atque valentibus solvere, auctoritate superioris interueniente. Idem prope probare videtur Caietanus in Summa, verbo, symonia, in 4. regula, dicens, quod licet hoc licitum sit, quia tamen habet speciem mali, & prohibiui ideo regulatiter ex parte positio pacifici in huiusmodi, idem non est faciendum. Et Syluester, verbo, symonia, num. 9. versio 1. verum.

Hoc autem discrimen foedere distinctionis componit idem Caietanus super D. Thom. ubi supra, in 2. dubio, in versio ad euidentiam, hoc modo: Nempe, quod sustentationis stipendium, quod superioris auctoritate decretum est, potest Sacerdos, siue pauper siue diues, percipere: quando vero eiusmodi stipendium non est lege constitutum, sed priuata conuentione constitutum, tunc pauper pacifice de illo potest, diues vero minime: Quoniam cum aliunde sibi sustentatio suppetit, indiciu est, conuentionem facere non pro sustentatione sed pro operarum mercede, atque proinde conuincitur, quod mendax est. Eandem distinctionem probare videtur Nauar. ubi supra, n. 101. in princ. dicens, non esse symoniam, dare vel accipere quid pro sustentatione minister, & quod hoc proculdubio procedit in sustentatione necessaria quoad vtunque forum, & etiam in non necessaria, quoad forum conscientiae: Quia licet diuites accipientes pro illa, praesumit possint eam admittere, scilicet, symoniam, vere tamen non admittunt, si non accipiunt pro pretio vel causa principali & immedata suae actionis spiritualis per praedicta. Eandem distinctionem Caietanus expresse probauit Cordub. in dicta qu. 27. in Summa, in vers. loterero, quamuis idem Cordub. in d. lib. 1. sui quaest. 10. qu. 4. pag. 69. vers. in omnib. aliter referat Caietanus, ubi supra, sed reuera Caietanus tenet, quod praedixi. Nihilominus tamen Soto ubi supra, vt vidimus, praecedentem ampliationem de qua supra, nu. 7. indistincte probat aduersus Caiet. nempe, vt Sacerdos, siue pauper siue diues, possit pacifice de illo stipendio sibi praestando. Nam si ex rei natura ad sustentationem minister talis sustentationis moderatio necessaria est, tunc, vt est praedictum, ex natura rei nulla emergit symonia, atque ideo nec ex qualitate Sacerdotis creatur: intentionis namque Deus solus scrutator est. Haec sunt quae in praesenti articulo Doct. praefantur: quid tenendum? Ergo







nu. 24. Syluest. in Summa, verb. Symonia, n. 3. col. 1. & nu. 13. col. 2. Quod intelligit Abb. ubi supra, quando statutum imponit onus praebeatae in fauorem diuini cultus, ut in e. significatum, de praebe. & in e. unico, ut Eccles. benef. secus si tale onus imponat recepto vel recipiendo, etiam pro eis, quae ad Dei cultum pertinent: Nam tunc non valere sine symonia: quam opin. sequuntur Summistae supra allegati, tamen si contrarium non dament nec esse damnandam affirmat Armil. ubi supra, & supradicta indistincte approbavit S. Conc. Trid. sess. 24. c. 14. in decret. de reformat. ubi amplius detestatur atque prohibet tolli quibus ab Episcopis conditiones, nempe ad partem pronuntium seu ad distributiones quotidianas seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes illicitas, aut etiam quae in aliquibus Ecclesiis dicuntur tumore luca interponi cōfuectae, atque ingressus eos, qui symoniacae labis aut fordidae auaritia suspitionem habent, non obstantibus constitutionibus siue consuetudinibus super praedictis, illis tantum, quas, ut laudabiles Episcopi probauerint, exceptis, reliquas, ut prauas ac scandalosas resciant & aboleant: contrauentientes autem comprehensis in praefato decreto, penis contra symoniacos editis + teneri decreuit. Circa cuius decreti intelligentiam putat Nauar. d. c. 23. nu. 101. *veru*ndecimo, non posse nunc capi pro rebus piis, quod consuevit capi pro commo proprio, quia non erat consuetudo, ut pro illis caperetur, & quod pro commo proprio capiebatur, sublatum est: & iure communi etiam pro illis non debet capi d. cap. ex multis, quod verum videtur.

19 Circa vero + consuetudinem & consuetudines quarundam Ecclesiarum, tam Cathedralium, quam Collegiatarum & parochialium, ut non residentes non lucrentur fructus primi, secundi vel aliorum annorum vel certam partem eorum, sed quod caeteris antiquioribus beneficiis accrescant, existat nonnullus motus proprius Pij V. ann. 1570. pridie Cal. Iulij latus in executionem & declaratione praefati decreti Conc. Trid. quo sanctissime reuocantur praed. constitutiones ac etiam consuetudines immemorales, & seuerè praecipitur, ut omnes, tam noui, quam antiqui beneficiati residentes, aequo iure pariterque fructus lucrentur, respectiue à tempore, quo Ecclesiam inferuire inceperint: Quorum quidem decreti Concilij Tridentini & Motus proprii vigore iam vidi in quadam Ecclesia Cathedrali huius Regni sublatas fuisse à suo Praelato similes constitutiones atque consuetudinem immemorabilem, & praecipuum Capitulo, ut Canonici noui residentes, statim fructus suarum praebendarum lucrentur, sicut antiqui, ita ut nihil eisdem virtute dictae consuetudinis ac constitutionum dictae Ecclesiae auferretur, sed integre perfolueretur: cui mandato se Capitulum opposuit atque praefatam consuetudinem & constitutiones obseruari solitas à impore immemoriali deduxit, atque ut in posterum obseruarentur, petiuit, nihilominus Episcopus, quod praedixerat, exsequi iussit, sub poena excommunicationis latae sententiae: à quo cum Capitulum appellasset atque ad Regiam Cancellariam Vallisoleti, per modum violentiae, perduxisset, remissa causa fuit ad eundem Episcopum atque declaratum, eum vim minime inferre Capitulo in non deferendo suae appellationi: tandem res ad executionem perducta fuit, atque nunc ita obseruatur aduersus praefatas consuetudines & constitutiones dictae Ecclesiae.

20 At cum + in hac alma Ecclesia Ciuitatis idem penae, quod in illa à tempore immemoriali per constitutiones eiusdem Ecclesiae obseruatum esset, hoc excepto, quod fructus primi anni, qui auferuntur primis residuis, & inter antiquos distribuuntur, referuntur totidem eisdem primis post mortem earum, pro solutio-

ne debitorum & funeralium, dubitatum tamen vehementer fuit in nostro insigni atque antiquissimo Capitulo Ciuitatis, ubi insignes literarum scientia vici sunt praebendati, an cum bona conscientia id fieri atque cōseruari possent: Resolutum fuit non posse nisi à Summo Pontifice nostrae constitutiones approbarentur, eo quod dici non posset auferri, quod differret, si que decreuimus, vnum è nobis Romam mittendum, ut impetraret, qui relatione facta Summo Pontif. Greg. XIII. atque supplicatione eidem porrecta negotium remisit ad Reuerend. Car. ad declarationem dubiorum circa decreta Conc. Trid. contingetium deputatorum, in quorum congregatione eodem ventilato atque recte perspecto, vna cum constitutionibus huius Ecclesiae \* super prima & vltioribus residentibus disponentibus, ibid. authentice productis declaratum fuit per eisdem Reuerend. Interpretes, praefatum motum proprium Pij V. \* c. 14. Sess. 24. Conc. Trid. minime esse contrarium constitutionibus huius Ecclesiae Cinitat. ea nempe ratione, vltia alias, quia quod differret, non auferret, & ita cum securitate conscientiae virtute dictae declarationis hodie conseruamus praedictam consuetudinem & constitutiones huius Ecclesiae.

21 Solent etiam ex consuetudine immemoriali & constitutionibus eiusdem Ecclesiae, nouiter recepti in eadem, solenne fabricae illius duodecim aureos pro singularum praebendarum receptione: hac consuetudo valida est & seruanda, non solum iure communi, de quo in d. Iacob. sed etiam attentò praed. decreto Conc. Triden. quatenus mandat obseruari consuetudinem, qua aliquid huiusmodi in pios vsus conueritur, & ita inuolubiliter obseruatur & iustissime: quia fabrica huius Ecclesiae admodum egens est, ita ut nisi è nostris praebendis quotannis eidem plurimum praestemus, adhuc onera cōluta & necessaria supportare vix possit. atque id annuis redditibus onerata est. \* Et quod praedicta consuetudo sit valida & seruanda, tenet expresse Hostiens. in Summa de symo. §. qualiter. col. 3. eum refert, & sequitur Greg. Lop. in 15. in gl. per premias. tit. 17. par. 1. loquens in consuetudine, quod Canonici de nouo receptus debeat cappam facere vel dare fabricae Ecclesiae certam quantitatem pecuniae vel luminariis vel aliis, quae ad diuinum cultum pertinent per tex. in e. ad Apostolicam. de symo. & significatum, de praebe. c. fin. de his quae sunt à maiori parte. cap. cum similibus. Vnde consuetudo, quae in hac Ecclesia viget vigore constitutionis eiusdem, quod Episcopus nouiter receptus det fabricae eius cappam, valida & seruanda est, per praedicta, & ita iam obtinui in contradictorio iudicio & exsequutum fuit.

22 Vltimo, + pro complemento huius capitis examinanda restat illa quaestio, An Sacerdos, qui aliquam pecuniam quantitatem accepit, per se vel per alium, pro dicendis Missis, vel ut eas faciat dici per alios Sacerdotes, si eas celebrari faciat per alios minoris pietantis, an possit iuste sibi retinere residuum eius, quod sibi datum fuit, sine peccato & restitutione? Videat enim hoc minime posse, quia sibi ob eam causam datur: Ergo quod superest, Domino restitueri tenetur: & ita tenet Maior. in 4. sent. d. 45. q. 3.

Contrarium tamen probauit Dominicus à Soto lib. 9. de iustitia & iure. q. 3. art. 1. vers. sed hoc praeter ea, dicens quod pastor, qui curam animarum habet, cuique subinde ex officio incumbit huiusmodi functio, potest ex pietantis portuicula sibi vsurpare, imminuatque mercenario porrigere. Nam si reuera iustum stipendium mercenario relinquatur, non fit illi iniuria, quandoquidem pietantis omnes parocho conferuntur, qui subinde, ut Missarum debitor, quo potuerit honesto stipendio, potest mercenario ad eas celebrandas conducere.

Sed in hoc, meo iudicio, verius videtur tenendum, quod

quod nec habens curam animarum nec eam non habens, residuum sibi retinere possit, alias peccet & ad restitutionem teneatur, nisi quando ex lege vel consuetudine vel ex voluntate, saltem tacita commendantium Missas dantiuque maiora solito stipendia taxarum vel ordinatum est aliquid praemium vel aliqua pars illorum pro cura & industria, quam ei rei impendit, alias secus, ut in terminis tenet Nauar. in Manual. cap. 25. num. 91. & optime probat Anton. à Cordub. lib. 1. quaestio. 3. in 5. dubio.

Quod primo probat, quia curatus pro sua cura in hoc & aliis pertinentibus ad saluam subditorum, iam alias sufficiens habet stipendium in decimis, primitiis & aliis particularibus redditibus sui beneficii: quod si non sit proprius beneficiarius, sed substitutus, idem est iudicium, quia ei curatus decem stipendium prouideat teneatur: quod si certo salario sit conductus, iam nihil amplius pro suo ministerio debito exigere nec accipere potest, sicut nec curatus principalis; Ad omnia enim supradicta ratione sui muneris tenetur, ac prouideat nihil pro his exigere possunt, secundum omnes Doctores, ut tangit S. Thom. 2. 2. quaest. 100. art. 3. & supra est dictum: deficient ergo lege vel consuetudine vel saltem tacita voluntate commendantium Missas, vel aliquid pro huiusmodi speciali cura eas facienda dicere curatus vel eius substitutus sibi aliquid teneat ex pietantis sibi datus, cum ipse datur solum pro stipendio sustentationis celebrantis, nullo iusto titulo potest de illo stipendio sibi quicquam accipere vel retinere: quare tenetur totum dare celebrantibus, aut residuum restituere dantiibus, nisi illi omnino liberaliter remiserint, quod in dubio non praesumitur, ut in l. cum de indebito. ff. de probat.

Secundo, quia si aliud diceremus, absurdum sequi posset, quod curatus posset dari, innumeras Missas congregando, pro quibus abundantia stipendia assignata sunt, faciendo eas celebrari ab aliis pro minutis stipendiis, & residuum sibi referuando ac retinendo, quod esset turpe lucrum & scandalosum simul atque magna auaritia, quam abhorret sacrum Concilium Tridentinum, ut supra vidimus.

S Y M M A R I V M.

1. Parochi tenentur in Dominicis & aliis festiuis diebus, suis subditis Missam celebrare, eisdemque quocumque tempore opus ac petiit fuerit, Sacramenta Ecclesiae ministrare, & n. 3. sed in priori dicto standum est consuetudini, ut in num. 32.
2. In parochiale in quibus consistat.
3. Sicut Ecclesia honorat suos parochianos, donis caelestibus eos ditanda, &c. ita videtur, ut ipsi teneantur in ea diuinis officijs, Dominicis & aliis festiuis diebus assistere.
4. Alieni parochiani, qui proprio contempto parochia ad aliam Ecclesiam accedunt ad Missam audiendam in Dominicis & aliis festiuis diebus, eiciendi sunt ab Ecclesia, & sacerdos admittens eos, committit quoddammodo furum & rapinam, ut in n. 6.
5. Decretum de obseruandis & euitandis in celebratione Missae, princ. in vers. mouentem, Sess. 22. Concil. Trid. c. 6. in decret. de reform. Sess. 24. eiusdem Concilij allegatur & declaratur. n. 33. & 34.
6. Parochiani an teneantur in Dominicis & aliis festiuis diebus audire Missam in propria parochia, & num. sequent.
7. Ad Ecclesiam Cathedralem licite potest quis accedere, ad rem diuinam audiendam, atque adimplere praecipuum.
8. Proprius sacerdos quando dicitur contemni, & n. 8.
9. Contemptus in quacumque praecipui materia, mortalem inducit culpam.

17. Contemneret idem est, quod alteri indignari illamque conuictis afficere.
18. Contemneret proximum, est peccatum mortale.
19. Missam audire non debet quis in oratorio priuato in solemnitatibus maximis, sed in ciuitatibus aut parochiis, ut hic.
20. Praecipuum de audiendis Missis totis die Dominicis, refertur, & num. 21.
21. Episcopus sicut non potest tollere aut restringere ius commune, ita nec consuetudinem generalem.
22. Audientes Missam fratrum Ordinum mendicantium in Dominicis & aliis festiuis diebus, satisfaciunt praecipuo Ecclesiae, ut declarauit Leo X. & Pius Quintus, ut in n. 34. quoniam consuetudo est vniuersalis de hoc, dist. n. 23.
23. Episcopi non debent pati celebrari diuina in domibus priuatis, atque omnino extra Ecclesiam: hodie licet ex causa necessitatis & cum licentia Episcopi, ut in num. 28. & 29. & oratoria ad diuinum tantum cultum dicata ab eisdem assignanda & visitanda, iuxta decretum sancti Concilij Tridentini, & n. 25. nisi propter necessitatem in casu iure expresso, & n. 26.
24. Ex privilegio non licet facere sacrum, nisi in loco decenti, ut hic.
25. Honestum est, ut parochiani in solemnitatibus anni praecipuis suis parochiis intersint Missa audienda.
26. Sacramenta nullo modo recipi possunt ab extraneo parochia, maxime à fratribus Mendicantibus, nisi cum licentia proprii parochi, praeter Sa. r. menium patientiae, alias excommunicantur religiosi.
27. Parochiani tenentur à Parocho vel alio scire dies eorum ex praecipuo, ieiunia, caeteraque necessaria, ut ea obseruent, alias peccabunt.
28. Feria sexta in Parasceue, non celebratur sub poena peccati mortalis.
29. Quid in die Cerae Domini & Sabbati sancti?

C A P V T XXX.

An vniuersique teneatur in Dominicis & aliis diebus festiuis, in propria Parochia rem diuinam audire, hoc est, Missam.

CONSENTANEVM rationique satis cōueniens videtur, ut quemadmodum parochi tenentur suis subditis, quotum decimas oblationeque percipiunt, in Dominicis & aliis festiuis diebus Missam celebrare, & quocumque tempore eisdem Sacramenta Ecclesiae, quoties opus ac petiit fuerit, ministrare, ut in cap. 1. & per totum, de parochiis, et adit Rebus, in praxi beneficiis, saculare beneficium quatuorplex. n. 10. fol. 8. Ita etiam subditi in praedictis Dominicis aliisque festiuis diebus ad propriam parochiam accedere pro re diuina audienda debeant, cum correlatiuorum eadem sit disciplina, ut in leg. vnic. Cod. de cupress. lib. 1. cum similibus. Hoc enim ius parochiale siue ad Ecclesiae parochialis + rectorem pertinet, septem modis consideratur, in quibus ipsum consistit, videlicet, in audienda Missa in diebus festiuis in parochia, ut in cap. de Dominicis, de parochiis, in decimis, in oblationibus, in penitentia recipientibus, in exhibitione Sacramentorum, in sepulturis, in benedictionibus nubentium: sed Abbas & Cardinalis in rubric. de paroch. num. 2. Sum. Ang. in verb. parochia, num. 1. late Rom. cons. 356. circa primum, col. 1. Octau. Cachet. decis. Pedem. 99. n. 2. nos quoque diximus in 8. nostra allegat. n. 7. & ita parochi, qui curam habent animarum, + factum facere tenentur, quoties populus audire obligatur, ut docet Soto in 4. sentent. dist. 1. 3. quaestio. 2. pag. 566. colon. 1. Praeterea pastor siue Praelatus, curam debet habere atque ideo rationem reddere ouium suarum: & ideo, si lupus oues comedit, & pastor nesciat, nullam habebit apud



Deum excusationem propter negligentiam suam, quia ignorantia non excusat praelatum in peccatis subditorum, ut in regula, *quoniam causa*, 10. in ordine, de reg. iur. & ibi glossa & Doctor. Quomodo ergo parochius scire poterit an subditi hoc preceptum Ecclesie adimpleant atque obferuent si ipsi pro audienda Missa ad alienas parochias vel alias Ecclesias prohibito accedere possint? Nonne hac facultate abutentes, poterunt hoc preceptum violare tempus, quo se hunc diuino officio praesentes deditoque se esse oportebat. Iudis aliisque otiosi consumendo, & sic animam suam perdere idque nescire pastorem? Si igitur haec ignorantia parochum non excusat, aut poterit subditos compellere ipsique tenebuntur rem diuinam in propria parochia audire singulis Dominicis aliisque diebus obseruari solitis, in quibus ad id teneantur. aliter enim quomodo gregis sui commissi bonam rationem reddere poterit aut liberum eum ab hoc iudicare debemus.

4. Vltimus, sicut Ecclesia honorat parochianos suos donis caelestibus eos ditando, diuina Sacramenta pro eorum ministrando, ita videtur, vt parochiani teneantur in praedictis festis eidem debitum honorem, tamque patri patri praestare, corporaliter in ea assistendo diuinis officiis non vero desertam relinquere. Denique si Missam conuenientem subditi non teneantur audire, contingere vel facillime poterit, ipsos ignorare dies festos de precepto Ecclesie obseruandos, ieiunia & excommunicaciones aliaque scitu necessaria, quae in Parochiis Dominicis diebus publicantur, sicque peccarent, quia praedicta necessaria teneantur scire.

5. Praeterea si superior sententia probata videtur in c. 2. de parochiis, & alienis parochiis, ubi habetur, vt Dominicus vel festiuis diebus presbyteri, aut quicumque Missam celebrant, plebem interrogent, si aliter parochiani in Ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero, ibi velis Missam audire, quem si inuenierint, sicut ab Ecclesia eiciantur, quos igitur ab Ecclesia eiciendi sunt alieni parochiani, nisi vt in propria parochia Missam audiant; Teneantur igitur eam ibidem audire in Dominicis & in aliis festiuis diebus & oblationem facere, vt ex illo text. notat Io. And. ibidem: quare ipse sacerdos, qui admittit parochianum alienum supra. casu, committit quodammodo si furtum vel rapinam, arg. c. dudum, et 2. de elect. & teneat restituere omnes oblationes perceptas ab eo, arg. c. cum liberum, & in c. in vestra, de sepult. prout exilimat in propriis terminis Abb. in d. c. 2. & Nauar. in Manual. materno, c. 21. n. 6.

7. Vltimo hac pars probati videtur in decreto de obser. & euand. in celebrat. Missae, in prin. in vers. nonneant, sess. 22. Concil. Trident. loquendo de ordinariis, locuti Episcopi his verbis: *Monentur etiam eundem populum, vt frequenter ad suas parochias saltem diebus dominicis & maioribus festiuis accedant, ibique subditi, posse Episcopum auctoritate Apostolica, inbere circa hoc opportuna. Poterit igitur Episcopus sub poena excommunicationis omnibus suis subditis inbere, vt singulis Dominicis & aliis festiuis diebus, quibus Missam audire iure teneantur, in propriis parochiis eam audiant; & praeterea eidem cauti videtur in decret. de reformat. c. 4. sess. 24. eiusdem Concil. Trident. his verbis: *Monenturque Episcopi populum diligenter, teneri omnemque parochia sua interesse, ubi commode id fieri poterit, ad audiendam verbum Dei, sicque ex praefato Concil. Trident. sublata videtur consuetudo vniuersalis contraria, atque proinde teneri omnes ad audiendam rem diuinam in suis parochiis in Dominicis & praed. festiuis diebus, vt in terminis exilimauit Nauar. ubi supra in dict. Manual. materno cap. 21. n. 6.**

8. Rursus si Doct. in d. cap. vt Dominicus, in hoc articulo distinguuntur in hunc modum: Quod aut Parochianus hoc omittit ex contemptu proprii presbyteri sine causa legitima & peccat, quia venit contra preceptum superioris & iuris, in cap. d. maior. & obed. & in cap. qui resistit,

11. qu. 3. & hoc casu loquitur d. cap. vt Dominicus, quod est secundum in ordine, de paroch. sup. alleg. & quae circa id praediximus, & praesertim contemptus, si non habeat licentiam a proprio Sacerdote vel causam legitimam, saltem quando propria Ecclesia est vicina, aut vero ex causa legitima contempnitur Sacerdotem, puta, quia est notorius fornicator vel praesens ab Ecclesia vel ex alia iusta causa eum relinquit, nempe quia deuotius & frequentius celebratur, ubi accedit ad rem diuinam audiendam, aut illic simul addit Missam & sermonem aut vtiliorem concionem, tunc non peccat, quia hoc casu non est proprie contemptus, sed iuris auctoritate facit atque bono zelo, vt arg. cap. praeter, & cap. nullus, 3. dist. 1. in c. vestra, de cohabit. clerici, & mul. dicitur supra. cap. 1. huius operis num. 44. & sequent. Aut desitit proprium praesbyterum sine contemptu, & tunc non peccat, vt in d. c. vt Dominicus, a contrario sensu ubi: *Quo proprio contempto presbytero, & c.* Et leui autem causa non debet deleri propriae parochiae illis diebus, vt in cap. si quis, de consecr. dist. 1. Ad Ecclesiam autem Cathedrali licite potest populus conuenire siue accedere ad Missam audiendam, quia Episcopus est curator omnium de diocesi, unde non possunt dici alieni parochiani, vt in cap. fin. de sepult. facit gloss. notat. in cap. 2. de panis, & remiss. lib. 6. verb. subsidio suo, quae asserit, quod quilibet de diocesi potest recurrere pro poenitentia ad proprium Sacerdotem & ad Episcopum vel Archiepiscopum vel Cathedrali Ecclesiae, qui quoad hoc, est Vicarius Episcopi, Abb. in cap. omnis vniuersus sexus, num. 12. de panis, & remiss. Ergo a fortiori ad audiendam rem diuinam licite poterit parochianus & absque peccato accedere ad Ecclesiam Cathedrali, quae est matrix omnium Ecclesiarum Episcopatus, & propria potiori significatione Episcopi, & in terminis ita tenet Abb. in d. cap. vt Dominicus, num. 1. in fin. & optime Boetius in tract. de auctoritate mag. Conslit. num. 15, dicens, quod Ecclesia Cathedralis est matrix, & communis omnium diocesanorum ad eo quod ad illam singuli vtriusque sexus clerici & laici pro Sacramento recipiendis & diuinis officiis audiendis recurrere possunt sine proprio curati iniuria & licentia, cum tota diocesis sit ipsi Episcopo parochia & Episcopus concurrit cum omnibus curatis suis diocesis, & cum animarum exercitio, licet non in iurium parochianum totali perceptione, sed bene particulari inspecto iure communi, quod Episcopus habet partem omnium decimarum & oblationum in sua diocesi sine obuenientium, per plura iura, quae ibi ad omnia supra dicta allegat, quem ad litteram sequitur Chall. in entalogo gloria mundi 4. par. consider. 47. fol. 99.

Angelus si autem in sua Sum. verb. Missarum, 5. existimant, quod in maximis festiuitatibus, sicut sunt festa Domini nostri & Beatissimae Virginis Mariae & Ioannis Baptistae & Ihsu, quilibet teneatur audire Missam, aut in Ecclesia parochiali aut in publico oratorio facto a populo, iuxta gloss. in dict. cap. si quis, de consecr. dist. 1. & a fortiori in Ecclesiis mendicantium & religiosorum, auctoritate sedis Apostolicae adificatis: in oratorijs autem priuatis audientes non satisfaciunt, sicut est in domibus disciplinariorum, quam non peccant mortaliter audientes, licet non audiant in parochia vel publico oratorio aut Ecclesiarum religiosorum, vt ibi probat.

Supradictis si autem non obstantibus, contrarium indistincte verius esse existimo atque tenendum, imo quod in praedictis Dominicis & aliis festiuis vel non festiuis diebus, satisfaciatur quis praepcepto Ecclesiae audiendi Missam extra parochiam, neque ex hoc peccet mortaliter, siue id fiat iusta de causa, quod est indubium, vt in exemplis praedictis & aliis similibus, vel in Ecclesia Cathedrali, quod etiam proculdubio esse existimo, siue

siue sine iusta causa, sed pro libito audiat quis Missam quocumque die, etiam in praedictis festiuis extra parochiam Ecclesiamque Cathedrali, dummodo sine contemptu parochi id faciat, adeo vt praepceptum Episcopi, cum excommunicatione in contrarium latam, esse nullum, ex sequentibus fundamentis.

Primo, ex text. in cap. vt Dominicus, de paroch. a contrario sensu, ubi tunc demum alienus parochianus ab Ecclesia est eiciendus, antequam parochus Missam celebraret in praedictis diebus, quando alienus parochianus, proprio contempto presbytero, ibi velis Missam audire; Ergo cessante hoc contemptu, non erit eiciendus, sed ibi poterit Missam audire licite, ergo adimplet praepceptum nec mortaliter peccat: quia id dicimus posse, quod honeste & iuste possumus, l. nepos Proculo, ff. de verb. sign. & ibi gl. & argumentum a contrario sensu est fortissimum in iure, vt in l. 1. §. huius vni. ff. de officio eius mand. est iuris, cum similib. & quamuis DD. in dict. c. vt Dominicus, existimant, vt praediximus, tunc dici id fieri in contemptum proprii parochi, cum sine licentia eius vel causis legitimis id fieri, tamen arbitror, proprius dici posse, cum ob in signationem vel spem teneam proprii parochi expresse vel tacite id fiat, tunc enim, id id consistit, vltra peccatum mortale, eiciendus est ab aliena parochia in praedictis diebus: si vero non eorum, verum tamen sit, peccabit mortaliter parochianus eo animo propriam parochiam desertam, & vterque casu oblationes proprio parochio secreto restitui debent. Contemptus etiam in quacumque si praepcepti materia mortalem culpam inducat, vt in cap. vnum orarium, & ibi gloss. vigeesima quinta distinction. capitul. 1. & ibi gloss. verb. contemnat, de sentent. excomm. n. 1. lib. 6. probat latius Couat. in cap. alma mater, eod. tit. & lib. 1. parte relict. ad fi. §. 7. n. 5. quia contemnitur siue contemptus quatuor modis accipitur, vt constat ex late traditis & coniectis ab Alfonso a Castro lib. 1. de paroch. leg. p. n. cap. 5. dicitur: vbi §. 6. & Couat. ubi supra, n. 6. E quibus vnus nobis in praeposito conuenit, nempe contemnitur idem esse, quod aliter indignari, & illam contemnit afficere, vt docet Alfrido doc. lib. 1. Summa Theolog. tract. 19. & late Caiet. in sua Summa 2. verb. contemptus in primo modo, dicens, esse peccatum mortale contemptum, quia lo aliquis spernit proximum, quia est ad iniuriam proximo, laedens notabiliter eum, quatenus in contemnitente est, quia contemnit proximum, imprecatur esse, cum deponementem proximum a sua aestimabit licite, quando hoc fit intentione contemnendi, quia qui spernit proximum, non vt spernat, materialiter tantum contemnit nec peccat mortaliter, nisi notabiliter offendatur proximus: hoc autem deficiente, quia parochianus, etiam si ante parochiam ipsius, vel saltem eum odio non habeat, in gressu vult pro libito suo alibi Missam audire, id poterit licite facere, sufficit enim hoc casu voluntas proculdubio, dummodo in contemptum proprii presbyteri id non fiat, praesertim cum in libito huiusmodi causa aliqua adit, quamuis non vrgens: animus enim & voluntas distinguant maleficia. Cum ergo Parochianus propriam parochiam non omittit malo animo nec in iure expellim repertant quod ad eam accedere indistincte teneatur in praedictis diebus pro re diuina audienda, consequitur, ipsam non delinquere hoc casu, praemaxime, stante consuetudine vniuersali, de qua infra.

Secundo, si haec nostra sententia probatur in cap. si quis vrian, de consecr. dist. 1. ubi probatur, quod et si quis extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conuenit, oratorium habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi Missam audiat, propter fatigationem famili iusto ordine permittere; At tamen Pascha Natalis Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste & natali S. Ioannis Baptistae, & si qui maximi dies

in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus aut in parochiis audiant: Ergo etiam in praedictis solemnibus diebus non est praepceptum audiendi Missam in propria parochia, sed sufficit eam audire alibi in ciuitate vel populo, quando quidem ibidem, hoc est in Concilio Agathensi, vicitur alternatiua, Ant, in qua sufficit alterum adimpleri, vt in regula iuris vulgari. Non obstant illa verba praecedentia text. illius; In quibus legitimus est ordinariusque conuenit, scilicet, in parochiis, quia non ex hoc excluditur, quod alibi non fit etiam legitimus conuenit, vt infra sequitur; nempe in ciuitatibus aut parochiis, ibi enim oratorium priuarum excludere tantum intendit, vt in eo Missa non dicatur in praedictis festis solemnibus, non vero ecclesias ciuitatis vel oppidi, vt in rex. nec oratorium publicum a populo factum, leuandum gl. ibi, quam sequitur Claus. ubi supra.

Tertio, si haec eadem pars comprobatur ex text. in 20 cap. Missae, de consecr. dist. 1. ubi cauetur, Missae die Dominico secularibus votis audire speciali ordine praecipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotum egredi populum non praesumat: quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur. Ecce ergo quomodo praepceptum Ecclesiae audiendi Missam in Dominicis (adde tu, vel aliis festis) non ardat nec restringit eam audire in parochia, sed generaliter promulgatur audiendi Missas totas: Ergo in quacumque Ecclesia quis eam audiat, deficiente proprio presbyteri contemptu, adimplet praepceptum. Et si ita videmus quod nostra sancta mater Ecclesia inter alia eius praepcepta prima constituit audiendi Missam diebus Dominicis & aliis festis obseruari solitis, non vero adiecit in propria parochia: si ergo Ecclesia id non expresse, quare nos, vel quo iure strictiorem obligationem, quam ipsa imponere vel inducere debemus? si enim id esset praepceptum sub poena peccati mortalis, Ecclesia id exprimeret & non omitteret, cum ex professo ibi sua praepcepta infunderet atque praefigat: Non expresse: Ergo ad id non tenemur, quia si voluisset expresse, arg. l. unica, §. ad deficientis, C. de cad. coll. cum similibus.

Quarto, quia consuetudo generalis atque vniuersalis totius orbis licita, tolerata, rationabilis atque praescripta hoc introduxit & obseruat, vt quilibet in praed. diebus possit licite Missam audire in quacumque Ecclesia, eo que satisfaciatur praepcepto Ecclesiae, vt communiter videmus fieri, atque referunt & approbant DD. infra citandi. Si igitur hoc illicitum esset, cum hac consuetudo sit antiquissima & a Summis Pontificibus scita, eam contrario edicto sustulissent: hoc autem minime est factum, quinimo Ecclesia Catholica tantum obligat suos fideles filios audire Missam in praedictis diebus, nec ad hoc eis assignat propriam parochiam: Ergo ubi voluerint, poterunt eam audire, deficiente contemptu proprio parochi, quia tunc peccatum esset mortale, eam alibi audire, propter contemptum, vt in d. c. vt Dominicus, & est praedictum.

Secundo, si quis Episcopus non potest contrarium suis subditis praecipere, quia praefata consuetudo est generalis, & sicut Episcopus tollere nec restringere potest ius commune, arg. c. inferior 21. dist. 1. de iure generali tenentis totius orbis consuetudinem, quae eandem vim habet, vt in l. de quibus, cum similib. ff. de iur. & ita excommunicatio, quam contra illam ferret, esset nulla, arg. c. 1. de sent. & re iud. vt in terminis probant & tenent Doct. infra statim citandi & appellando ab ea per viam violentiae, in regalibus auditorijs vis collectur: & quamuis a me fuit petita similis excommunicatio, nolui eam discernere, per supra dicta.

Sexto, si hoc idem expresse declaratum est in Ecclesia sacrum ordinum mendicantium a Leone X. in beati contentio in supplemento priuilegiorum his verbis: *Auctoritate Apostolica, tenore praesentium notum facimus,*



omnes Christi fideles utriusque sexus, qui non contempto proprio Sacerdote parochiali, in Ecclesiarum ordinum mendicantium Dominicis & aliis festis diebus Missas audiant, satisfacere precepto Ecclesie de Missa audienda, nec in aliqua libere peccati mortali puniamus propterea incurrare. Idem igitur in audientibus Missam in ceteris Ecclesiis dicendam est; Quando quidem, quod modo retulimus, non in modum privilegii concessum videtur, sed potius iure quodam declarationis: & preterea, quia idem potest consuetudo vniuersalis, quae est antiquissima, quod privilegium, ut in cap. preterea, §. super quibus dicitur, de verb. signif. cum similib. Ergo quamuis praefata declaratio contineret privilegium, idem generaliter obtentum est praed. vniuersali consuetudine. Et in terminis hanc secum iam & nostram sententiam (addentes, quod praedicta excommunicatio Episcopi in contrarium lata, sit nulla, ac proinde ipsius precepto non sit necessarium obediendum) tenent atque probant Beatus Anton. Archiep. Floren. in 2. par. sua Summa, tit. 9. cap. 10 §. 2. Syluest. in Summa, verb. Missa. 2. num. 5. Nauar. in Manual. Latin. cap. 21. num. 5. Barthol. a Medina in sua instr. confess. lib. 1. §. 40. fol. 200. addit, Episcopum peccare mortaliter, qui aliud sub poena excommunicationis praecipit: & quod non sit necessarium, ut Missa audiat in propria parochia vel alia Ecclesia, sed quod vbiunque audiat, satisfaciat, tenet Artil. aurea in sua Summa verb. Missa, num. 31. Quod idem probat Syluest. ubi supra, licet dicat male facere audientem

24 Missam in domo ¶ sine rationabili causa. Quare Sanctorum Concil. Trident. Sess. 22. in decreto de obseruan. & enit. in celebr. Miss. sanctissime statuit atque decreuit, ne ordinarij locorum Episcopi patiantur, priuatis in domibus atque omnino extra Ecclesiam & oratoria ad diuinam tantum cultum dicata ab eisdem ordinarijs assignanda & visitanda, sanctum sacrificium Missae a secularibus vel regularibus quibuscumque peragatur, ac nisi prius, qui intersint, decenter composito corporis habitu declarauerint, se in te etiam ac denoto cordis affectu, non solum corpore adesse: Cuius decreti Concilij meminit Nauar. ubi supra, nu. 10. & cap. 25. nu. 68. & iterum num. 81. vbi addit, quod quamuis ante Concil. Trid. de licentia Episcopi celebrari poterat extra locum sacrum, super ¶ ara facta portatili, alijs necessarijs interuentibus, ut in cap. concedimus, de consecr. dist. 1. post Concilium tamen non licet Episcopis illud concedere per dictum decretum, nec Papa concedit etiam Episcopis in vrbe commemorantibus nec alijs quam Cardinalibus. credit tamen, quod sicut de licentia d. cap. concedimus, poterat ante dictum Conc. celebrari propter necessitatem sine licentia Episcopi, ¶ ita possit etiam hodie, quia non videtur quoad hoc illi derogatum per Concilium, argum. praecipimus, C. de appel. Quod est notandum proteris, in quibus frequentissime supplicationes fiunt ad aliqua parua eremitoria, praed. quorum fortibus solet dici Missa, vt ab omnibus audiat, & pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maior multitudo, quam Ecclesia capere possit, solet conuenire.

27 Obseruandum tamen est, ¶ quod nec ex privilegio factum facere licet, nisi in loco decenti: in locis enim vbi vel mensa paratur vel lectus sternitur, indecentissimum est huiusmodi privilegij vri, nisi ob grauem iacentis infirmitatem, vt communionem suscipiat, vt docet Sorot in 4. sentent. dist. 13. quae 2. artic. 3. pag. 572. colum. 2. addens, quod iuxta ipsius sententiam, nisi esset periculosa persona, mallet, vt ceteri, quando exire ad Ecclesiam non possent, die etiam festo Missam non audiant, quam domi audire.

28 Hodie ¶ declaratum exstat per Reuerendissimos Cardinales, declaratione 28. quod in priuatis domibus non debet permiti, vt Missae celebrentur, nisi propter necessitatem, & tunc fieri debet in oratorio aut alicui diuinum ¶ cultum tantum dedicato; Itaque vt ex supra dictis patet, hodie non licet concedere licentiam Episcopis ad celebrandum extra loca facta, nisi propter necessitatem, & in loco decenti per ipsos aut alios, pro eos nominandos approbato.

Superiora tamen ¶ circa principale quaestione, 30 quamuis ita se habeant veraque sint, vt vidimus, honestam tamen ac decentissimum est, vt Parochiani in festiuitatibus anni praecipuis in suis parochiis ¶ intendant; 31 Missae audiendae non tamen ad id tenentur: Sacramenta autem nullo modo possunt recipi ab extraneo parochiano, maxime a fratribus mendicantibus, sine speciali licentia proprij Sacerdotis vt in cap. omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. & excommunicantur religiosi ipso facto, qui Sacramenta conferunt sine speciali licentia proprij Sacerdotis, vt in Clem. 1. de privileg. praeter Sacramentum penitentiae; Nam illud est mendicantibus indultum ex privilegio, vt in Clem. dudum, de sepult. Idem in Sacramento Eucharistiae, praeterquam in Paschate & viatico, vt in suis privilegijs cauetur: debent tamen hodie regulares esse approbati ab ordinario Episcopo ad audiendas confessiones, vt in decreto de reform. Sess. 23. Sacri Concilij Trident. cap. 15. de quo supra late differuimus.

Superest nunc, vt fundamentis contrariae partis supra adductis satisfaciamus. Et primum quidem non obest, quoniam fatemur, vt praediximus, honestum ac rationi congruum esse, vt parochiani in proprijs parochiis in praedictis diebus Missam audiant, non tamen id necessarium neq; a iure praecipuum est, quoniam etsi parochi teneantur in praedictis diebus Dominicis & alijs festiuis obseruari praecipit, Missam populo dicere, hoc tamen est in fauorem ipsius populi introductum; Vnde ¶ poterit qui voluerit, alibi Missam audire, vt est probatum, ac proinde argumentum a correlatijs ex diuersitate rationis hic corruit, praemaxime, quia circa obligationem parochi in hoc standum est consuetudini aut legi diuinae, vt existimat Ant. Cordub. libr. 1. sui quae 2. qu. 4. in §. dub.

Ad secundum respondeo, quod hoc casu ignorantia, quia iusta est & inuincibilis, excusabit pastorem, cum violatio praecipit audiendi Missam a subito commissa citra culpam pastoris contigerit, cum ipse ouem non teneatur reducere in propriam parochiam, nec subditus ad eam accedere ad audiendam rem diuinam: si igitur eam omiserit in diebus, quibus ex praecipit Ecclesiae audire tenetur, sibi tantum imputandum erit, non vero parochio, qui suas oues admonitas alias atque instructas habet de praecipit diuinis Ecclesiae, inter quae hoc est de audienda Missa in Dominicis & alijs festiuis diebus obseruari praecipit vel solitis.

Tertium ex congruitate atque decencia ex parte subditorum, quoad Missam audiendam, potius procedit, quam ex necessitate vel praecipit.

Ad quartum respondeo, ¶ quod etsi subditi non teneantur in propria parochia Missam audire in praedictis diebus, tenentur tamen a parochio vel alijs scire dies festos ex praecipit, ieiunia, ceteraque necessaria, vt ab obseruent, alias peccabunt, vt docet Nauar. in Manual. matern. cap. 21. n. 7. vbi idem esse affirmat, si desinere hae audire cum scandalo, vt docuit idem in c. & hoc attendendum de consecr. dist. 1.

Quintum, quod fuit desumptum ex litera dist. cap. 27. Dominici, de paroch. non solum eam non probat, sed nostram confirmata a contratio sensu, vt supra diximus in primo fundamento huius secundae partis.

Vltimum non obstat ex decreto de obseruan. & enit. in celebr. Miss. Sess. 22. Concil. Trident. quia non ait, vt iubeat, nec eos teneri, sed solum vt Episcopi populum

pulum moneant, vt frequenter ad suas parochias saltem diebus Dominicis & maioribus festis accedant. Neque quod ibi subditur, posse Episcopum auctoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna, in proposito obest: Nam respondendo, non videri debere opportunum, vt cum scandalo tot laicorum & monachorum tam generalis confuetudo, quae etiam in vrbe Rom. seruatur, tollatur. Praefertim, ¶ quod Pius Quintus in Bulla motus proprij lata mense Iulio 1567. declarauit, audientes Missas in festis in monasterijs Mendicantium, satisfacere huic praecipit, vt tradit iter respondens praefato decreto Conc. Trid. Nauar. in Manual. Latin. c. 21. nu. 5. Non etiam obest alterum decretum de reform. c. 4. Sess. 24. Concil. Trid. supra citatum pro contraria parte, quatenus habet, teneri quem ad audiendam concionem in parochia sua, si commode potest, quia ibi non agitur de Missa, sed de concione, nec de ea praeficit, sed si commode potest: consequitur igitur manifestissime, factum Concilium in praedictis decretis minime tollere praefatam consuetudinem vniuersalem nec nostram hae de te sententiam improbare, vt rectius probauit ac tenet Nauar. in Manual. Latin. cap. 21. nu. 5. priore minus veta, mutata opinione contraria, de qua in Manual. matern. d. cap. 21. nu. 6. ad finem.

35 Vltimo ¶ hic pro supplemento adiecto decreto, quod licet omnibus diebus Missa dici possit, vt in cap. visum, de consecr. dist. 1. tamen in festis & in Pasche & Sabbato hebdomadae sanctae non celebratur, vt ex traditione Ecclesiae habemus in cap. Sabbato de consecr. dist. 3. vnde peccatum esset mortale in die Pasche celebrare atque adeo priuatis celebrare, Nam esset contraire iustissimae ceremoniae Ecclesiae, quae plurimum refert, secundum Dominicum a Sorot in 4. sentent. dist. 13. quae 2. artic. 2. pag. 567. col. 5. Vnde nec publice nec secreto illo die Missa dici debet nec dicitur, sed solum suscipitur hostia, quae ex praecedenti die consecrata remanet: secundum Nauar. in Manual. Latin. cap. 25. num. 88.

36 In die ¶ vero Iouis & Sabbathi sancti, licet ritus etiam Ecclesiasticus habeat, vt sola vna celebretur Missa, non tamen eius obseruantia tanti refert, quia in priuatis, saltem ex facultate praetati praeter M. solum solemnem possit quisquam celebrare, secundum Sorot ubi supra. Quintimo in die Cerae Domini & publice & secreto dici potest, quia id nullo iure prohibetur, imo d. cap. Sabbatum, recte ponderatum hoc permittit, secundum Nauar. ubi supra, vnde non erit necessitia licentia praetati ad hoc, praecipit vbi celebrari illo die videtur, propter hic Ciuitatis: in aliquibus tamen Ecclesijs Cathedralibus huius regni consuetudine est introductum, vt illo die publice non celebretur, nisi Missa maior, vt omnes clerici illius Ecclesiae in ea publice communent. Hoc tamen non tollit, vt in alijs Ecclesijs parochialibus, vel in priuatis capellis alij Sacerdotes celebrare non possint, imo eis hoc erit permittum. In Sabbato sancto i tem quoque dicendam esse patet, vt ibi commaniter consueuerint omnes Sacerdotes celebrare illo die, hoc licite facere possint, si vero contraria adit consuetudo ipsa seruanda erit, nisi cum licentia praetati celebretur, vt in quae Sorot: quinimo etiam absque ea secreto in capellis celebrari posse existimo absque peccato, quamuis contrarium tenet Nauar. ubi supra, quia etsi per d. c. Sabbatum, ex traditione Ecclesiae refertur, illo die Sacramentum non celebrari, non tamen eius obseruantia tanti refert, quin priuatis secreto celebrari possit, praecipit cum adit consuetudo celebrandi illo die, saltem vnam Missam publicam, vel duas in quilibet Ecclesia, quamuis non iudicet dici, sed noctis Resurrectionis, quam paulatim imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens ad horam reliquam retraxit, vt significat collectilla, quae in-

cipit; Deus, qui hanc sacratissimam noctem, &c. & sicut non obstat caput praedictum, quin illa solemniss. Missa dicatur, nec etiam obstat dicendum est, vt dicantur priuatae, praefertim post solemnes; Si enim illa solemniss. vt inquit Nauar. est noctis sequentis, & priuata esse poterunt. Praeterea decreto Conc. Trid. est Missa posita in Missali pro illo die, nemini que interdicitur, eam dicere, nec apponitur adnotatio solum pro Missa publica, sed indistincte assignatur pro illo die Si igitur Missa publica celebrari potest illo die, cur non priuata publice, si adit consuetudo vel licentia Praetati, vel ea deficiente secreto, absque scandalo, & ita audio fieri in aliquibus ciuitatibus numerosis; quod licitum esse credo.

S V M M A R I V M.

- 1 Circumstantia temporis festi, in quo peccatum lethale est admissum, an sit necessaria Sacerdoti confitenda? & in num. seq. per totum caput.
- 2 Circumstantia temporis sacri peccati admissi specialiter rationi repugnare videtur, vt hic contrarium, num. 31.
- 3 Qui facit peccatum, seruus peccati est: sed quomodo intelligatur? 2 num. 32.
- 4 Non solum opera seruilis, sed peccata in Sabbato lege veteri fieri prohibentur, & num. 7. & 8. sed contra in num. seq. & quomodo intelligatur, n. 34. & 37.
- 5 Per peccatum, in loco sacro scienter commissum, fit ei sacrilegia iniuria mortalis vel venialis, secundum qualitatem in d. m. quae peccati ibi commissi: sed quomodo hoc intelligatur, n. 35.
- 6 Bis peccat, qui diem Dominicum scortis, rixis & pugnis, alijsque obscenis agit, vt docet Concilium Coloniense: sed illud Concilium non est generale, sed tantum provinciale nec est approbatum a sede Apostolica, & in materia iustificacionis errauit, vt in n. 36.
- 10 Nullo speciali praecipit prohibetur fieri peccatum mortale in die festo.
- 11 Finis praecipit extrinsecus: & ad quem praecipit ordinatur, sci licet cultus interior per fidem & charitatem, non est id, quod praecipitur, & ideo non cadit sub praecipit, & num. 15.
- 12 Praecepta non obligant ad intentionem praecipientis vel ad finem extrinsecum, sed ad id tantum, quod praecipitur.
- 13 Praecepta omnia moralia non in sensu spirituali & metaphisico, sed secundum planam litteram intelligenda sunt.
- 14 Vis specialis praecipit est consideranda ad hoc, ut necessario sit circumstantia illius confitenda.
- 16 Finis praecipit quod fertur de virtute aliqua morali, caritas est.
- 17 Nemo inuitus fit bonus, vnde supposita necessitate, omnes debent cogi ad subeunda media, quibus tandem volentes boni fiunt.
- 18 Vis praecipit sanctificationis Sabbathi, non ad internam dilectionem, qui est finis praecipit, cum ipse non cadat sub praecipit, sed ad exteriorem cultum spectat.
- 19 Ea solum opera, in die festo fiunt, Exod. 10. prohibentur, quae alijs diebus fieri licebat.
- 20 Peccare mortaliter nunquam licet.
- 21 Clericus non bis peccat singulis diebus, quibus semel mortaliter peccat, & num. 22.
- 22 Clericos contingit peccare, quando alij clericis precibus horarijs incumbunt atque incumbere debent, non tamen ob hoc bis ille peccabit.
- 23 Praeceptum de colendis festis non est arctius Christianis, quam Iudeis praecipit de Sabbato colendo: imo laxius, vt hic.
- 24 In festis peccata mortalia, quous die festo non tenentur sub poena noui peccati ad peccatorum contritionem.